



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. XV. Nolle, Noluisse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Et gratiam comparari virtute, non nobilitate generis, dixit text. in cap. illud 40. distinct. & Princeps facilius inducitur ad nobilitandum virtuosos. Claud. in Monar. Franc. pr. part. cap. 17. Tertiò dicitur nobilis genere & virtute, & hæc est perfecta Nobilitas. Bald. in l. nobiliores. C. de comm. & mer. latissime Tiraquell. de nobil. cap. 7. fol. 6r.

CAP. XIV.

Nocere, Non nocere. Nocumentum. Damnum.

Axioma I.

Nocere nulli, & peccantem punire, innocentis est officium. cap. non est 37. 23. q. 5.

II.

Nocere qui tantum vult, audiendus non est. cap. penult. extr. qui marit. accus. poss. neque enim vel iniquitas unius alteri nocere. cap. tue 10. extr. de eo, qui cognov. consang. vel officium alicui nocumento esse debet; cap. cum non 30. de Elect. in 6. Unde si aliquid nocere possit, licet non noceat, prohiberi debet, c. nam 4. extr. de consuet. siquidem etiam si non ab initio nocebat, tractu tamen temporis per consensum sequentem imputatur. cap. sicut 33. extr. de simon. Nocens igitur occulte æque poenæ est obnoxius, ut manifestè nocens, licet dicat postea, joco se fecisse. cap. 1. extr. de presumpt.

III.

Quod nemini nocet & mihi prodest, de facili concedendum. l. 1. §. Idem ajunt aquam. 11. ff. de aqu. pluvi. arc. l. 2. §. item Varus 5. in fin. eod. tit. l. 2. ibi nec cogitur. ff. solut. matrim. Bart. in l. 1. C. de metat. lib. 11. l. non modus. C. de servit. & in l. quominus. ff. de fluminib.

CAP. XV.

Nolle, Noluisset.

Axioma I.

Nolle is nequit, qui velle contrarium non potest. l. 10. ff. de condit. & demonstrat. sed is demum nolle dicitur, qui contrarium potest. l. 17. §. 7. ff. de edit. edict. Gothofred. ad l. 3. in not. de Regul. Jur. Carpzov. Part. 4. Constitut. 27. Definie. 1. num. 12.

II.

Is noluisse creditur, qui id non facit. l. un. §. 11. vers. sin autem ad deficientis. Cod. de caduc. toll. Pacian. 1. consil. 15. num. 11. Unde & testatorem, quod non expressit illud, noluisse dicitur in l. commodissime 10. ff. de liber. & postib. Jas. cons. 228. in isto themate. col. 3. vers. secundo pro eadem. vol. 2. Pacian. 1. consil. 129. n. 15.

III.

Noluisset credendus est, qui non supplevit cum potuit. cap. incorporalia 2. vers. unde si circa extr. de translat. prelat. c. ad audientiam 12. extr. de decimis. Alex. consil. 5. n. 5. vers. si enim voluisset.

ser. lib. 3. & consil. 74. n. 7. l. 1. Tiber. Decian. respons. 2. n. 44. vol. 2. Joh. Goedd. 3. Consil. Marp. 27. num. 64.

IV.

Non nolle intermedium est, inter nolle & velle. l. 3. ff. de R. I. ubi Franc. Duar. Francus, Petr. Faber, Cujac. 15. observ. 23. Joh. Robert. lib. 1. animadv. cap. 3. Goedd. ad l. 13. ff. de V. S. n. 5.

CAP. XVI.
Nomen.

Axioma I.

De nominibus & vocabulis non sunt movende inutiles disputationes, gloss. in rubr. ff. solut. matrim. Jason. in l. sic itaque. Institut. de act. sed disputatio nominum relinquenda est pertinacibus. Felin. in cap. quanto. in princip. de presumpt. & Alex. in l. 1. §. Lex Falcid. col. 2. vers. puto doctrinam. ff. ad L. Falcid. Bald. in cap. ex parte M. col. penult. de appellat. ubi ait, quod acuminum verborum relinquenda Grammaticis pertinacibus, sensus verò sapientibus: quod dictum sequitur & Georg. Natr. in repet. clem. sapè in princip. col. 12. de V. S. illudque restringit Ludovic. Gomez. ad §. sic itaque. Institut. de act. num. 17. ad illos Neotericos Grammaticos, quos tanquam exosos & inutiles Reipubl. Plato lib. 2. procul expellendos censuit, de quibus etiam Div. Augustin. lib. 2. de civit. DEI dissertit, quod sapientis & frustra circa inanem verborum corticem se torqueant, cum sensum potius attendere debuissent. Unde & id, quod traditur in l. scire. ff. de LL. tanquam pro regula prudentibus datum esse, dixit Hyppolit. in tract. pag. 2. de vulg. substitut. & ideo evenit, quod Imperatores aliquando juxta Bald. in cap. 1. §. quia vidimus. col. 6. qui feud. dar. posse. grosse loquantur, quod reasumit & Andreas Sicul. in repet. rubr. C. qui admittit. col. 9. proinde excusari possunt ætatis nostræ Juris-Consulti, si lingvæ Latinæ normam prætereant, cum permissum nobis videatur eo modo loqui, ut lex loquitur, sive propriè, sive impropriè, ut notabiliter ait Bald. in l. 1. C. unde liber. vid. & Cicer. lib. 1. de Leg.

II.

Nomina pulchra maximè sunt procuranda, adeò ut si venderentur, maximo emi deberent. pretio. Joh. Andr. in c. gravis 1. extr. de deposit. & cap. cum secundum 16. de prebend. Felin. post Abb. in proxim. decretal. Gregorius colum. 7. vers. subdunt tamen hic Doctores. Abb. in cap. 1. circ. ult. colum. de judic. cum magnum & pulchrum sit laudabile nomen habere. Cyn. in l. cunctos populos. not. 2. C. de Summ. Trinitat. Differentia namque nominum multum attendenda. Jas. in §. sic itaque. Institut. de act. verb. appellamus. Bald. in l. si ideo. C. de Codicill. & in l. hac consultiissima. col. 1. cum seqq. in prin. C. de testam. Unde Platina in vita Sergii refert, in Creatione Pontificum ideo mutari nomen, ac Sergium, qui antea